

## Angers 9 (lat)

INCIPIIT VINDICIO QUEM FACIT NAM QUI SE IPSO VINDIT

Domino fratri **illo** necnon et coniuux sua **illa** ego **illi**, qui conmaneo in pago **illo**.

Constat me vindedisse, et ita vindedi vobis vernacula iuris mei nomen **illo**, et accipi exinde precium in argento uncias **tantas**, ut quicquid ab odierna diae ipso vernaculo facere volueritis, abendi, tenende, donande, vindende seu conmutandi, quomodo et de reliqua mancipia vestra obnoxia exinde facere volueritis, liberam abeam<sup>a</sup> potestatem<sup>b</sup> Et si quis, ego ipsi aut aliquis de heretibus meis vel qualibet extranea persona, qui contra hanc<sup>c</sup> vindicione, quem ego bona voluntate<sup>1</sup> fieri rogavi, agere conaverit, inter tibi et fisco soledus **tantus** vobis conponat, et quod repetit nihil valeat vindecare, et hec vindicio adque volomtas mea perenni tempore firma permaneat.

<sup>a</sup>abeam] habeatis emendiert Mab

<sup>b</sup>potestatem] verbessert aus potestati Fu<sub>2</sub>

<sup>c</sup>contra hanc] für contrahant Fu<sub>2</sub>, so auch Zeu

<sup>1</sup>[fol. 143<sup>v</sup>]